



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Conciliarvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia**

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

**Parisiis, 1644**

VIII. De induciis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15256**

*num de pusillis istis, melius est ut suspendatur mola a smaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.* Et item: *Beatus* Math. 11. Luc. 7. *qui non fuerit scandalizatus in me.* Ille procul dubio scandalizatus est in Deum, qui eius scandalizat episcopum vel sacerdotem. Et multa talia, quæ hic non inferuntur, ne nimis proluxa efficiatur epistola. Monentes quoque instruere debetis memoratos vicinos vestros, ut a talibus se subtrahant, & quæ illicite contra præfixos fratres egerunt, cito corrigant. Et quos nobis inconsultis læserunt, plena satisfactione sanent, & cito sibi eos reconcilient, si noluerint apostolicæ sedis suscipere censuram. Nam si quid fortasse in eos aut contra eos emerferat, nostrum fuerat expectandum examen, ut nostra (ut semper huic fuit sedi concessum priuilegium) aut condemnarentur auctoritate, aut fulcirentur auxilio. Neque enim suo pro libitu nostra debuerant iura peruadere, absque apostolicæ sedis dispositione mandante. A talibus deinceps omnes se abstineant sacerdotes, qui noluerint ab apostolicæ petra (super quam Christus, ut prædictum est, vniuersalem Math. 16. construxit ecclesiam, cui episcoporum summa iudicia atque maiores causæ, sicut paulo superius memoratum est, reseruatae sunt atque solidatae) censura ac sacerdotali honore secludi.

## VIII.

Induciæ enim accusatis in criminalibus episcopis sex mensium, vel eo amplius, si necesse fuerit, concedendæ sunt: quoniam & laicis hoc permissum, nullus secularibus imbutus disciplinis ignorat: quanto magis sacerdotibus, qui superiores esse eis non dubitantur? Habetur quoque in decretis sanctorum patrum sancitum, non fore canonicum, quemquam sacerdotum iudicare vel damnare, antequam accusatores, canonicè examinatos, præfentes habeat, locumque defendendi accipiat, id est, inducias ecclesiasticas ad abluenda crimina, &c.

## IX.

Nec extra propriam fiat prouinciam primo discussione accusatio, sine apostolica præceptione, cui in omnibus causis debet reuerentia custodiri, quoniam & antiqua docet hoc patrum regula, in quæ & imperialia pariter statuta concinunt. Criminum, inquit, discussio ibi agenda est,

3. quæst. 3.  
Induciæ ac-  
cusatis in

3. quæst. 9.  
Habetur  
quoque in  
decret.

Ibid. Nec  
extra pa-  
triam.